

EXORDIUM.

SI hodiernum Evangelium attentè consideramus, facile possumus conijcere novissimum diem jamjam instare. Testatur enim in illo Christus, quod ante novissimum suum adventum multiplicia signa in Sole, Luna, Stellis, &c. sint futura, extremumq; diem suo modo annunciatura. Signa autem illa, quæ Christus predixit, certè frequentiora non apparuere, quàm hisce nostris apparent temporibus. Quapropter oremus cum Ecclesiâ :

Excita Domine corda nostra, ad præparandas unigeniti tui vias.

NARRATIO.

Continet hoc Evangelium insignem concionem. Concionatur enim in illo ipse Christus (cui omne iudicium concessum est à Patre) de extremo iudicio. Quapropter concionem illam magnificantes.

Joan: 5.

I. Ex ore Christi discamus, qualia signa extremū diem sint antecessura.

II. Quomodo apparentibus illis signis Christiani se gerere debeant.

3. Quo